

* *Præsentia* : quorum nomina sunt hæc : Primus comes Ugolinus, secundus Pancratius eques, tertius Regotus nobilis et fortis, quartus Anastasius, quintus comes Blancianus, sextus Austarus, septimus Filippus, octavus Pongetus, nonus Olinus, decimus Cegorius (?): omnes nobiles et fortes ac viri in armis; imperator eos secum duxit add. *Azzonius in 3.*

[Otho]
misit, quem Faventiam venientem in mense maio, cives honorifice receperunt, ei satisfaciētes in omnibus. Cum autem dominus *[e]* eodem anno mense Septembri / Roman veniret, secum ducens terribilem exercitum, de voluntate Faventinorum hospitatus est apud Sanctum Proculum *(95)*, ubi fidelissime ei omnia ministraverunt necessaria, suam gratiam et bene et bonam plenissime promerentes; licet quamplures ex Teutoniciis, culpa tamen eorum, fuissent et vulnerati et interfecti a civibus; ad cuius servitium Roman cum eo decem milites miserunt nobiles. Coronatus est itaque dominus Otho in Romanorum imperatorem mense Octobri die vii. in ecclesia *(96)* Sancti Petri et Urbe. *[a]* Teutonici cum Romanis maximum commiserunt certamen *[b]*, in quo quidem bello milites Faventini, more majorum præliantes, a principe et ab exercitu toto gloriam acquisiverunt non modicam. **

** *quapropter diligebatur* *[c]* a principibus totius exercitus, add. 3.

Quando Salinguerra *[c]* adiutorio Cillini, Ferrariam recuperavit.

CAP. CXXXII.

[1]
[sumptis^a]
Anno Domini MCCVIII / mense Augusto, præfatus Salinguerra, suorum adiutorio amicorum et praesertim Cillini de Trivisio *[d]*, vi maxima Ferrariam recuperavit, cunctis Marchionis *[e]* amicis atque fidelibus durissimis mancipatis vinculis; pertractans denique honorifice uxorem Marchionis cum filio, et data licentia cum superscriptis *[f]* domum revertendi *[g]*. Domos nominati sui *[h]* hostis, Petri Traversarise, ac aliorum multorum fecit destrui funditus, dignam pro meritis eis mercedem impendens.

De reedificatione Bagnacaballi / et habitatione Montis Rantandæ.

CAP. CXXXIII.

Audito et vere cognito quod Otho de Saxonia ad summum Romani imperii *[i]* ascenderat apicem *[j]*, forenses civitatum Italiae ad optatum, quod *[k]* diu intenderant, conati sunt deducere finem. Laborant enim *[l]* dominia civitatum, ceu importabile jugum, a suis longe proficere cervicibus. Anno itaque Domini MCCVIII / comes Malvicinus et alii Bagnacaballenses / relictis domibus, quas coacti Faventiae fecerant, domum reversi, burgum Bagnacaballi munire coeperunt pro viribus. Quorum quidem exemplo, Montanarii nostri, collectas *[m]* et alia debita / seu consueta servitia prorsus negantes, guerram civibus facere præsumpserunt. At Faventini, præter multa mala quibus illos affixe-

[a] in ecclesia Sancti Petri, et Urbe. Sic lego. In C. M., in ecclesiam Sancti Petri et in Urbem. In C. V., in ecclesia Sancti Petri et urbem. — [b] commiserunt certamen, C. V.; commiserunt praelium certamen, C. M. — [c] Salinguerra. Sic Codd. hic. — [d] Cillini de Trivisio. Sic Codd.; id est, Eccellini de Onara, ut vocant alii. — [e] cunctis Marchionis, nempe Azzonis, sive, ut a Tolosano vocatur, Azolini vi Estensis. C. M. habet: cunctos Marchionis amicos atque fideles. — [f] cum superscriptis. Sic lego cum C. V.; sed Cl. Mitt. legit: cum sumptis. — [g] domum revertendi, C. V.; domum ire revertendi, C. M. Res a Muratorio paullo aliter narratur. — [h] Domos nominati sui, C. M.; domos nominatum sui, C. V. — [i] ascenderet apicem. Sic lego cum C. V.; conscenderat apicem, legit Cl. Mitt. — [j] ad optatum, quod, C. V.; sed Cl. Mitt., ad optatum, quem. — [k] Laborant enim. Sic lego. Cl. Mitt. legit: laborant circa. Tota hæc periodus deest in C. V.